

*27*  
DISSERTATIO

*1785,2*

DE  
**FIDEICOMMISSO EIVS  
QVOD SVPERFVTVRVM ERIT  
EIVSQVE DIFFERENTIA A DEBITIS QVIBVS  
ACCEPTA REDDENDA SVNT IN EODEM GENERE  
AD NOV. CVIII.**

*P. 312*  
QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO  
CAROLO AVGVSTO**

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE REL.

PRO LOCO  
IN ILLVSTRI IVRISCONSULTORVM ORDINE  
RITE OBTINENDO  
DIE XII. NOVEMBR. CIDIOCCLXXXV.  
PVLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONE  
SUBMITTIT  
**IO. AVGVSTVS REICHARDT D.**  
INSTITUTIONVM PROF. PVBL. ORDINAR. CVRIAEC PROVINCIALIS SAXON. COM  
MVNIS ET SCAB. COLLEGII ADSESSOR.

IENAE,  
LITTERIS MAVKIANIS.



DISSESTITIO

DE

FIDEICOMMISSO ELIAS  
GOD SAPERATURAM ERIT  
HISQAE DIFFERENTIA A PERTINENS  
ACCEPTE REDDEN SUNT IN FORMA GENERE  
AD NOV. CAII.

DE

PROLICE ACADEMIE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPES AD DOMINUM

DOMINO

CAROLO AUGUSTO  
DACE ACADEMIAE MAGI CIVITATIS MONSTRUM  
ANCONA ET WESTPHALIAE

180 2020

IN ILLUSTRI HERCULANISATORUM ORDINE  
HISTORIIS

THE H. NADAM, 1610 EDITION

PARVICAE EDITIONIS EX 1626 A 1630

10 AUGUSTAS RICHTERI

IMSTITUTIONE 1606 1610 1612 1614 1616 1618 1620 1622 1624 1626 1628 1630

1. ENCL.  
LITTERIS MAGISTERIIS



§. I.



Solemnis Romanorum in substitutionibus precariis formulae, quibus fidei heredum committebant negotium, ut, cum morerentur, hereditatem ejusve partem tradarent alteri, haec erant: rogabantur heredes, ut hereditatem, sibi relietam, aut, quod ad eos ex hereditate pervenisset, aut denique quod ipsis morientibus superfluisse, alteri tradarent relinquente a). Posteriori verborum conceptione usi, alii, quod ex bonis, alii vero, quod ex hereditate superfluisse, tradi volebant. Ae

horum quidem verborum vis atque potestas utrum sit eadem, an

A

vero



vero prior formula posteriore latius patet? jam non lubet disquārere b). Ad rem praefentem quod attinet, binas adjicere notas sufficiet I) Formulam, *quod supersuerit*, sive hanc, sive illam, sive neutram adjeſtioneſ habeat, de rebus testatoris rogantis intelligen-  
dam esse. Aliam relationem nec verba habent, nec alia est mens  
testatoris, qui, si quiequam dari jubet aut petit, de aliis, quam suis re-  
bus, sensisse non est existimandus c). Itaque proprias heredis fa-  
cultates fideicommissio teneri, tantum abest, ut potius leges, qui-  
bus ejusdem sit mentio, utrumque, heredis ac defunctori, patrimo-  
nium, sollicite distinguant d). II) Eadem formula dari fiduciario  
heredi res hereditarias alienandi aliquam diminuendique potesta-  
rem e), quae formulis prioribus non continetur. Tacite eandem  
concessisse videtur testator, qui reliqua s. residua, quae mortuo  
fiduciario remanerent (ea enim verborum, *quicquid supersuerit*,  
vis est), hereditatem non omnem reliquit, vult tradi. Verum  
enim vero ea ipsa permissione indefinita, voluntatem testatoris  
fieri dubiam, in aprico est. Eandem interpretaturus, sicut, MAR-  
CIANO auctore f), in omnibus, quae in testamento ambigue scripta  
funt, fieri debet, ab eo, quod credibiliter est cogitatum, incipiam.

a) Formulas, ut solet, magno studio collegit BARN. BRISONIUS de  
formulis et solemnibus populi Rom. verbis Lib. 7, Cap. 42.

b) Legi tamen merentur, quae ea de re disputant IAC. CYIAC. in Re-  
cit. ad L. 3. §. 2. D. de *Vſuris* et L. 58. §. 7. D. ad *SClum Tre-  
bell.* Idem Lib. 12. Obl. Cap. 10. et in Lib. 19. Quaest. Papin. ad  
L. 3. §. 2. de *Vſuris* HVGO DONELL. L. 7. Comment. jur. civ. Cap.  
26. EDMUND. MERILLIUS Lib. 3. Variantium ex Cujacio  
Cap. 32. EVERH. OTTO in *Papiniano* Cap. 13. pag. 376. STRAVCM  
in diff. ad *jus Iustinianum* Diff. 10. th. 21.

c) L.

- c) L. 67. §. 8. D. de Legatis II, L. 71. eodem I, L. 7. D. de tritico, vino,  
oleo legato. L. 41. §. 3. D. de vulgari et pupillari substitutione.  
d) L. 25 §. 16. D. de petit. hered. L. 54. D. ad SClum Trebell. Nov. 108.  
L. 3. §. 2. D. de Vjuris.  
e) L. 58. §. 7. D. ad SClum Trebell.  
f) L. 24. D. de rebus dubiis.

## §. II.

*In tempore ex ipsa defuncti oratione limites apparet, quibus deminuendi potestatem, heredi concessam, circumscribere voluit. Ejus, qui heredem rogavit, ut quod, eo moriente, ex hereditate superesset, traderetur alteri, eam mentem fuisse, ut heredi medio tantum tempore alienandi deminuendique potestatem daret, palam est a). Itaque heredi heredis ea potestas non competit, nec ipsi heredi facultas ultima voluntate de rebus fideicommissio subjectis disponendi. Supersunt enim atque ex precibus defuncti fideicommissario praestari debent, quae vivus nec alienaverit, nec consumserit. Nulla proinde ejusdem hac in re voluntas de eo, quod post mortem suam fieri velit b).* E contrario cum defunctus deminuendi facultatem usque ad mortem heredis dederit, sequitur, ut, illo vivente, quantum superesset, nec dici nec peti potuerit, licet fieri possit, ut recte dicatur, nihil superesse nihilque peti posse.

- a) L. 54. D. ad SClum Trebellianum.  
b) FRID. ES. a PFENDORF Obs. jur. univers. Tom. 2. Obs. 87. §. 2.  
CAROZOV P. 3. C. 8. Def. 37. MICH. GODOF. WERNHER diff.  
de lege Falcidia et fideicommissis. th. X. PEREGRINVS de fidei-  
cione.

◆◆◆◆◆

commis. Art. 40. n. 43. ERVNNEMAN ad Auth. contra  
cum C. ad SCtum Trebell. n. 112. KNIPSCHILD de fideic.  
famil. nobil. C. 12. n. 471. BERGER Occ. jur. Lib. 2. Tit. 4.  
th. 34. not. 5.

### §. III.

Sed, queso, quis erit hujus deminutionis modus? In verbis defuncti definitionem illius contineri, tantum abest, ut statuatur, ut potius liberrimum rerum hereditiarum usum largiri videantur. Dubium tamen, si quid ego judico, neutquam est, eum, qui tali ratione fidei heredis aliquid commisit, modum voluisse rebus hereditariis consumendis ponere. Nam hoc profecto a mente ejus alienum erat, ut fideicommissarius iudibrio quasi haberetur atque spes illius, data heredis fiduciarii opera, fieret inanis. Merito igitur talem defuncti orationem ambiguam putemus, monenteque IULIANO a), id accipiamus, quo res, de qua agitur, valeat magis, quam pereat. Tali modo fieri potest, ut, quo mens ejusdem inclinaverit, conjectura assequamur. Voluit, quod facile apparet, singulari affectu animi et benevolentia adductus, necessitatibus heredis et indigentiae subvenire atque prospicere. Ipse Imperator Iustinianus, cui in legibus ferendis nil magis curae cordique fuit, quam defunctorum voluntates, quoad fieri possit, respicere, cognitasque tueri b), hanc mentem defuncti perspexisse videtur, cum heredi, qui non haberet, vnde expensas ficeret, easdem ex rebus hereditariis restituendis faciendi facultatem permisit causamque permissionis in eo posuit, quod testator id quoque permiserit c). Nec facile dubitabit, utrum Iurisconsulti Rom. a sententia, quam ego defendeo, fuerint

rint alieni, an vero consenserint, qui regulas, quibus, quid fideicommissarius aliquando petere, quidve heres, jure voluntatis defuncti, absumere possit, tradunt, accurate perpenderit. Quas quidem regulas alio loco traditurus satis habeo, unicum illarum exemplum hoc loco exponere. Scriperat VLPIANVS, dotem, quam filia heres marito dedisset, tali fideicommissio decadere, nisi *fructus ex hereditate tantos mulier percepisset, ut inde posset doti satisficeri d).* Decidendi ratio facillime perspicitur. Fructibus enim sufficientibus, res ipsas hereditarias diminuendi non aderat necessitas, ideoque detrahere dotem non licebat.

- a) L. 12. D. de rebus dubiis.
- b) Nov. 1. Cap. 2. pr. Nov. 108. Cap. 2. fin.
- c) Nov. 108. Cap. 2.
- d) L. 22, §. 4. D. ad SCUM Trebell.

#### §. IV.

Datur itaque tali substitutione precaria alienandi facultas, necessitate heredis circumscripta. Caussas ejusdem, quantumve heres secundum illas absumeret, defunctus non magis ac ipsam diminuendi facultatem definit. Re igitur ex ejus voluntate considerata, utrumque pendet ab arbitrio heredis. Hoc quidem ex alienandi potestate, heredi indefinite data, apparet; attamen justum et aequum heredis arbitrium defunctum voluisse, ex mente ejusdem probabili colligere possumus. Hoc nunc quaeramus, quid Romani ea de re judicaverint. Eisariam constat ICtis accipi arbitrium hominum; quod aequitatis vinculo adstrictum est, *boni viri arbitrium, boni viri arbitratus*,

A 3

quod



quod e contrario ita non est circumscripsum, liberum, plenum *f.*  
*mera voluntas* solet vocari *a*). Illud potius, quam meram voluntatem defunctum permittere voluisse, existimavunt. Eonam fidem in verbis hujus fideicommissi PAPINIANVS perspexit; boni autem viri arbitrium inesse D. MARCVS Imperator, cognomine Philosoplus, decrevit *b*). Quia in re, me quidem judice, recte sentiunt. Equidem formulae dicendi, quibus Romani, ex heredis, tamquam boni viri, arbitrio relikturi, vti solebant *c*), in hac substitutione precaria non deprehendimus (nisi forsitan, quod volunt nonnulli *d*), ipsi formulae, *fidei tuae committo*, eam vim tribuas, illaque defunctus fuerit *vsus*). Mentem vero defuncti eo spectasse, vix est quod dubitemus. Si, qui in alterius arbitrium aliquid conferunt, cum recte arbitraturum, sperant omnes *e*); quidni de eo, qui fidem heredis sequitur, idem dicamus. Periret fideicommissum, si deminutionem rerum hereditiarum in infinitum heredi permettremus, non obligatus is foret, si non vellet, quem defunctus obligare cogitabat. Sed rem, legibus decisam *f*), atque ab aliis jam pertranslatam, pluribus argumentis demonstrare non lubet.

*a) III. CAR. FRID. WALCH* diss. *de legato heredis in arbitrium collato*.

*§. 2. HENR. de COCCÆJI* diss. *1. de arbitrio boni viri* §. 5, seq.  
*in Exerc. curios. Vol. I. p. 235.*

*b) L. 54. D. ad SCium Trebellianum, L. 25, §. 16. D. de hereditatis petitione.*

*c) E. gr. si aestumaveris heres, si comprobaveris, si justum putaveris, si  
 vtile tibi visum fuerit. L. 75. D. de Legat. I, L. 11. §. 7. cod. III.  
 L. 46. §. 3. D. de fideicomm. libertat.*

*d) HENR. de COCCÆJI* diss. *3. de arbitrio boni viri* §. 27. ARNOLD.  
 VINNIUS in sel. quaest. jur. Lib. 2, Cap. 25.

*e) L.*

e) L. 30. D. de oper. libert.

f) L. I. §. I. D. de legatis et fideicommissis II. L. 22. D. de diversis rebus  
gulis juris.

### §. V.

A re, quam pertractare animus est, non alienum erit, utrum conditio insit fideicommissariae nostrae substitutioni, breviter disquirere. Vbi quidem, voluntatem defuncti si speces, ajentem sententiam defendere, vix dubitabis. Quid enim interest: quicquid post mortem heredis superfluir in milii relinquatur, an, si quid superfluum fuerit. Haec vero conditio contrariam in se continet, hanc: *si nihil superfluerit, nihil relinquiri*. Licet enim heredi pro necessitate et indigentia res hereditarias diminuere atque alienare, licet id ipsum ex voluntate defuncti (§. I. et III.). Tali modo consumtum nouit restituiri, qui id tantummodo reddi ab herede periit, quod post mortem ejus supereret. Itaque ex voluntate defuncti, quae conditiones regit, jus fideicommissarii, *dum vivit heres*, incertum est. Pendet partim ab arbitrio heredis; partim a fato, nimurum ejusdem indigentia et necessitate, an quid aliquando percere possit et quantum? Si quid deminuerit heres, residuum; si minus, assem: (nam superflui nomine et as continetur, nec ineleganter as superesse dicitur, ex quo nihil abest, nihil absunt heres). E contrario, si hereditatem omnem consumserit, peti nihil poterit. Pendere dixi conditionem, dum vivit heres. Quod ut recte intelligatur, tenendum est, fieri quidem posse, ut, eo vivo, deficiat, neutiquam vero, ut conditio existat. *Prius*, vbi heres, antequam diem suum obicerit, licito modo res hereditarias consumserit omnes; *posteriorius*



sterius, quia heredi usque ad mortem facultas deminuendi hereditatem concessa est (§. II.). Ita quidem rem, in se spectatam, dijudicem, nec deficiunt aliorum locorum suffragia a). Ipsi Romani demonstrationem, in futurum collatam, (qualis etiam formula: quicquid superfuturum erit, continetur) accipiunt pro conditione. Ait POMPONIUS b): „Plane in mortis tempore „collatum hunc sermonem; vestem, quae mea erit, sine dubio pro „conditione accipiendo puto, sed et Stichum, qui meus erit, puto „pro conditione accipiendo: nec interesse, utrum ita, qui meus „erit, an ita: si meus erit: utroque conditionem eam esse.“ Huc etiam facit, quod idem ait alio loco c). „Inest autem conditio legati, veluti cum ita legamus: Quod ex Arethusa natum fuerit, heres dato: aut, fructus, qui ex fundo percepti fuerint, „heres dato: aut, seruum, quem alii non legavero, Seio dato.“ Concinit IULIANVS d): „Stichum, qui meus erit, cum moriar, „heres meus dato: magis conditionem legato injecisse, quam demonstrare voluisse patremfamilias appetet; — Sed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit, ut si totum alienaverit, legatum extinguitur: si partem, pro ea parte debeat, „quae testatoris mortis tempore fuerit.“ Ecce! legatum, quod alienatione (testatoris, an heredis, ex illius permissione? nil resert) minuitur, quinimmo extinguitur, ac morte demum ejus, cui facultas alienandi competit, sit certum, accipitur pro conditionali. Rogo dissentientes, an de fideicommisso nostro aliter sentire velint? Aliud tamen VLPIANVS existimat videtur. Negat ille e), legato in arbitrium boni viri collato, inesse aut moram, aut conditionem

nem. At fideicommissum, de quo sermo est, ab heredis, tamquam boni viri, arbitratu pendere, demonstratum est. Pluram forsitan ICtorum plausum ferrem, si hancce Vlpiani sententiam a Stoा arcesserem *f).* Sed non opus videtur ex re dubia petere explicationem *g).* Loquitur ICtus de legato nudo seu simplici boni viri arbitrio, (tali puta, quocum nulla circumstantia aut factum conjunctum est, sed potius velle aut nolle sufficit), aperte relicto. Tali legato nec moram nec conditionem inesse, si quis cum Vlpianō contendere velit, per me licet. Verum enim vero longe alter fideicommissum, de quo disputamus, comparatum est. Moram illi injici, nequachoe solam ab arbitratu, sed ab indigentia heredis ejusque deminutione pendere, nemo non videt, et saepe a nobis dictum est.

a) IO. BALTHASAR & WERNHER *sel. Obs. for. Tom. I. Part. 2. Obs. 452.* IO. VOET *Comment. ad Pand. Lib. 7. Tit. i. n. II. Hugo DONELL ad Auth. Contra cum C. ad SCium Trebelli. CONR. GUIL. STRECKER *diff. de fideicommisso sub clausula, quicquid post mortem superfluerit, relatio §. 14.* IO. BRUNNEMANN *ad Auth. Contra cum C. ad SCium Trebelli. n. I.**

b) L. 85. D. de *Legatis III.*

c) L. 1. §. ult. D. de *cond. et demonstrat.*

d) L. 6. D. de *Legatis I.*

e) L. 1. D. de *Legatis II.*

f) Stoicis omnes viri boni pares, nomenque boni viri mereri non videbantur, nisi qui virtute ita excellerent, ut a nemine superarentur. Quae cum ita sint boni viri arbitrium secundum stoicam disciplinam non potest non esse certum, constans et immutabile. Si opinionem eorum, qui, ICtos Romanos Zenonis praeceptis imbutos fuisse, sibi persuadent, probamus, facili negotio ratio perspicitur, cur Vlpianus

hunc arbitrio conditionem inesse negat Conf. HENR. de COG-  
CEI diff. I. de arbitrio boni viri §. 6. et 7. ill. WALCH C. I. §. 13.

¶ PÜTTMANN *Probabil Lib.* I. Cap. 21. p. 147. LVD. IVL. FRIB.  
HOERFNER, *Commentar. ad Infl. Lib.* I. Tit. I. §. 18.

### §. VI.

Hac haec tenuis explicata, voluntate defuncti, sive verbis, sive  
viri ac potestate, contineri videntur. Quaecum non sit, omnibus mo-  
dis definita, legibus eandem circumscribi in publicum utile est, ut  
litium seges evitetur. Hisce tradendis jam operam dabimus. ICtis  
Romanis facultas heredis, res hereditarias deminuendi, his visa est  
legibus definiri. Ut ne dolo malo, intervertendi aut minuendi fidei-  
commisso gratia, eadem abutatur. In petitione fideicommissi erit,  
quod in fraudem s. euersionem eiusdem est factum a). Verbis enim  
fideicommissi bona fides et boni viri arbitrium inest (§. IV.), qui,  
Tullio b) auctore, prodest, quibus potest, nocet nemini. II) Iusta  
adit deminuendi causa c). Profundi et dilapidari res hereditarias  
nec defunctus voluit nec heredis, quippe boni viri, arbitratui con-  
gruit d). III) Nihil rerum hereditiarum in rem suam convertat.  
Non est absuntum, quod in corpus patrimonii est versum e). In-  
terverteret enim heres fideicommissum, si suum facere vellet, quod  
testator alteri destinavit. Ast talis deminutio, quae sit interverendi  
causa, nec licet heredi, nec proprie loquendo deminutio dici potest.  
Quare deminuisse non videtur, qui de pretio rerum venditarum  
alias comparat f), sed, quod inde comparatum est, vice permutati  
domini restitueretur g). Idem seruandum erit, si proprios credito-  
res ex ea pecunia dimiserit h). Nam et hoc in corpus patrimonii  
hereditis

heredis peruenit, si debitor liberatus est *i).* Multo minus illa, alienata ex hereditate fideicomisso subiecta deceident, quorum pretium in corpus patrimonii heredis rediit *k).*

- a) L. 22. §. 4. L. 54. et 58. §. vlt. D. ad *SCium Trebell.* L. 25. §. 16. D. de *hereditatis petitione.*
- b) *De Officiis Lib. 3. Cap. 15.*
- c) L. 22. §. 4. II. ad *SCium Trebell.*
- d) Arg. L. 1. §. 3, D. *quemadmodum usus fr. cav.*
- e) L. 23. D. de *adimendis et transferendis legatis* L. 72. §. 2. D. de *Lagatis* II.
- f) L. 70. D. de *Legatis et fideicomissi.* II.
- g) L. 71. eodem. Itaque ipsae res comparatae, sicut permutatae, veniunt in fideicomissu<sup>m</sup> restitutionem, secus ac si bona fidei possessor hereditatis alienae reni hereditariam distraxerit et ex pretio altiam comparaverit. Hoc casu pretium veniet in petitionem hereditatis, non res, quam in suum patrimonium convertit L. 25. §. 1. D. de *hereditatis petitione.*
- h) L. 72. D. de *Legatis et fideicomissis.* II.
- i) L. 20. D. *quod metus cauſa.*
- j) L. 25. §. 16. D. de *hereditatis petitione.*

### §. VII.

IV) Ex D. MARCI decreto heres quoque pro modo caeterorum bonorum *a)* diminuat necesse est, hoc est, tam ex suo patrimonio, quam ex bonis fideicomisso subjectis pro rata e.g. si in patrimonio heredis sint ducenta, in fideicomisso centum, et consumat duodecim; patrimonio suo accepta ferat octo, fideicomisso quatuor. Non solum VLPIANVS *b)* hujus decreti mentionem fecit, sed PAPINIA-

NVS quoque, modo prolixiori, illud adduxit simulque rationes, cur ita rescriperit Imperator, exposuit. Ita vero sille e): „Divers au-  
„tem Marcus cum de fideicommissaria hereditate cognosceret, his  
„verbis: Quicquid ex hereditate mea supersuerit, rogo restituas,  
„et viri boni arbitrium inesse credidit. Iudicavit enim, erogationes,  
„quae d) hereditate factae dicebantur, non ad solam fideicommissi  
„demissionem pertinere: sed pro rata patrimonii, quod heres pro-  
„prium habuit, distribui oportere. Quod mihi videtur non tantum  
„aequitatis ratione, verum exemplo quoque motus fecisse. Cum  
„enim de conferendis bonis fratribus ab emancipato filio querere-  
„tur; praecipuum autem, quod in castris fuerat adquisitum, militi re-  
„linqui placebat: consultus imperator, sumitus, quos miles fecerat,  
„non ex eo tantum modo patrimonio, quod munus collationis pati  
„debuit, sed pro rata etiam castrensis pecuniae decadere oportere  
„constituit.“ Locum, qui parum difficultatis habere videntur, praetera-  
que IAC. CVIACII e) et ANDR MYLII f) commentariis jam illu-  
stratum, vberius exponere non opus erit,

- a) L. 3. §. 2. D. de *Vjuris*,
- b) L. 25. §. 16. D. de *hereditatis petitione*.
- c) L. 54. D. ad *SCTum Trebell.*

d) Geminationalis ope hanc legctionem defendit IO. CONRAD. RYCKE-  
RVS *Obseruat. Cap. 3. §. 9.*

e) Lib. 19. *Quaest. Papin.* ad L. 54. D. ad *SCTum Trebell.* in Opp. Tom.  
III. pag. m. 570.

f) *Diff. de fideicommisso sub clausula: Quicquid supersuerit, reliquo ad L.*  
*54. D. ad SCTum Trebell. Lips.*

§. VIII.

## §. VIII.

Reputaverint adseclae Zenonis, boni viri arbitriū unicum esse, certum et immutabile. Placerint sibi D. MARCVS et PAPINIANVS, modum, quem heres in deminuenda hereditate seque-  
retur, definientes, regulis a bona fide et boni viri arbitratu repe-  
titis, aequitati pariter ac menti defuncti congruis. Longe diversa  
tamen IVSTINIANVS, Imperator a) probavit, cui ista omnia, quae  
legibus prioribus continentur, vetus incertitudo (*νολατια αρχιτεκτονικη*)  
sunt. Sapientissimum Papinianum carpit, qui ea, quae de pro-  
hibita alienatione intervertendi fideicommissi gratia tradidit, stu-  
dio in aenigmata b) proposuerit; quid multa? nova lege rem com-  
pletestandam esse censuit, qua id, quod a majoribus indefinite dictum  
esset, sub legitimam quandam diuisionem et ordinem deduceretur. Oc-  
casione constitutioni praebuit dubia species substitutionis nostrae  
fideicommissariae, quam refert Imperator principio ejusdem. Or-  
dinaverat illam testator hunc in modum, vt, si quis ex liberis et he-  
reditibus suis, absque prole decederet, deraetis, quae ex lege de-  
bentur, reliquas omnes res et jura, quaecunque apud eum tempore mor-  
tis invenirentur, superstiti, aut filiis ejus, traderentur. Ipsi imperato-  
ris dispositio, quam, quia caput rei proxime attingit, integrum da-  
mus, haec est: „Sancimus usque ad Falcidiam solum fratre institutio-  
nis necessitatem habere seruare eum, qui oneratus est fideicommissi  
restituzione, et non posse aliquid penitus ex illa minuere sufficiens  
„existens: sed heredi quidem supersint tres partes, illi autem quar-  
„tae solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei, qui grava-  
„tus est, etiam donationibus vii aliquibus, et forsitan ex studio (quod

„Papinianus dicebat) intervertendi fideicommissi caussa, ut etiam  
 „quarta minuatur institutionis ejus: sed hoc omnino relinquere si-  
 „deicommissum: altis omnibus in ejus positis potestate: et licentiam  
 „habere cum his, sicut voluerit, vti, quemadmodum perfectis dominis  
 „competit. Si vero et ipsam quartam is, qui gravatus est, contin-  
 „gar, necessarium est persecutari causam, secundum quam hoc egit:  
 „et si quidem aut dote in voluerit dare, aut sponsalitiam largita-  
 „tem e), aliam non habens substantiam: oportet ei hoc permitti  
 „agere, hoc videlicet, quod nostra continetur iam lege, in qua ei  
 „omnino non negavimus talem diminutionem. Si vero et in ca-  
 „ptivorum redemptionem (hanc enim excipimus, et dicamus Deo  
 „causam) et hoc licentiam eum habere facere, et minuere etiam  
 „quartam pietatis ratione: quod omnium nobis pretiosius viderit.  
 „Si vero contigerit neque ipsum habere ex aliquibus caussis, vnde  
 „faciat expensas, ex tali restitutione, etiam has facere: damus ei  
 „licentiam (hoc quod et testator permisit) quod relinquatur, om-  
 „nino hoc volens ad restitutionem trahi; et quasi aliquis dicat, ex  
 „hoc, quod remaneret, ei restitutionem fieri. Si autem nulla talis  
 „subjacet occasio, necessitatem habere omnino quartam parrem pro-  
 „priae institutionis servare, et tali et aliis restitutionem donare. Si  
 „ramen aliquid expenderit, habens vnde supplementum faciat: ex  
 „illo suppleri quartam, et per nullam caussam hanc minui.“ Hinc  
 desumta est Authentica contra cum C. ad SCtum Trebell, qua idem  
 Justiniani placitum contra dictum continetur.

a) Nov. 108.

b) Quod, EYRH. OTTONI (vita Papiniani Cap. 6. p. 100) interprete,  
 involutam denotat et perplexam finitionem, quae Sphinge Theban  
 vel numero Platonis obscurior est,

¶ E2

e) Ea ipsa exceptio jam VLPIANO placuit L. 22. §. 4. D. ad SCUM Tre-  
bell. (§. III.) Similitudinis quoque quiddam est in haec constitutione  
cum Nov. 39. Diferentem vtriusque ostendit RITTERHVSIVS. Ex-  
posit. Nov. Part. 6. Cap. 9. n. 18.

## §. IX.

Collato jure novo cum veteri et voluntate defuncti, observati digna-  
videtur hacc. I) Ad tempus quod attinet, quo res hereditarias deminu-  
ere, herediliceret, nihil in constitutione Iustiniani dispositum legimus  
aut immutatum. Servavit itaque jus voluntatis defuncti (§. II.) nec II)  
conditionem fideicommisso detraxit. Sive dodrantem respicias, sive  
quadrantem, pendet res fideicommissarii ab eventu incerto. Novem  
istas vincias petet, nisi placuerit fiduciario, res co-spectantes consumere  
aut alienare; triuncium, nisi necessitas subesse incipiat, qua, bono  
permittente Iustiniano, et quartam deminuere licebat, suoque jure  
vhus heres defuncti bona absumperit. III) Ominus mutatio novalege-  
facta, spectat ad modum res fideicommisso subjectas deminuendi,  
IV) Summa ejusdem haec est: in tribus hereditatis partibus sit li-  
berum heredis arbitrium, in quarta nullum. Posterius, quod atti-  
net ad regulam traditam, et verba manifesse probant et species ex-  
ceptae firmant, quibus deminuendi facultatem fiduciario permisit.  
Prius vero ex verbis, aliis omnibus in ejus positis potestate et licentiam  
habere cum his sicut voluerit, vti, quemadmodum perfectis dominis competet  
colligere licet. V) Sustulit itaque Imperator boni viri arbitrium in  
veraque hereditatis parte, dodrante ac quadrante. VI) In illa parte, mu-  
tato boni viri arbitratu in liberum, regulas juris Digestorum §. VI, et

## VII.

VII. traditas, me quidem judge, antiquavit. In hac similiter iliae parum ad usum fori proderunt aut nihil a), certe ultima plane cessat b). Quantum rerum, ex quarta hereditatis parte diminuendrum, casu existente, quo diminutio permissa est, v. gr. si heres non haberet, unde faceret expensas, justo et aequo arbitrio definiendum esse, nemo facile negabit.

- a) Faciunt tamen, objiciat aliquis, ad definiendam alienationem, generatim prohibitam, quae alienandi facultatem aequitatis vinculo adstrictam moderantur. Largior. Sed hoc loco ejusmodi definitiones quae ipsi Iustiniani placito insunt, ex antiquioribus legibus petere opus non videtur. Cautius certe ac rectius ex ipso fonte hauriuntur.
- b) Dotis causa vel sponsalitiae largitatis quartam diminuere imperator tantum permittit, si heres aliam non habeat substantiam, nec minus alimentorum causa, si non habeat unde faciat expensas. Quae cum ita sint, ejusmodi erogationes, ex hereditate facienda, pro rata patrimonii, quod heres proprium habet, distribui non possunt.

## X.

Video interpretes in iis, quae observavi (§. praece.) in diversas partes abire. Plurimi quidem in prima observatione mecum consentient a). Aliud tamen de dodrante videri poterat, quo, *sicut voluntur, vti, quemadmodum perfectis dominis licet*, Imperator heredi permisit. Nec desunt juris interpretes, quibus, eam ob causam, hanc partem hereditatis, ab herede non absuntam, et heredem illius retinere et ipsum heredem fiduciarium, ultima voluntate, fideicommissarium eadem privare, jus fasque videtur b). Verum enim vero verba Iustiniani modum diminuendi respicere, tempus neutriquam, in aprico est. Ac quis quaeſo fibi aliisque, extremis iphus consti-

constitutionis verbis *c*), mentis contrariae protestationem legenti-  
bus, persuadet, tali modo Iustinianum morientium voluntates ever-  
tere voluisse. Caussam jam alii perorasse videntur *d*).

- a*) Communem hanc esse opinionem **PEREGRINVS de fideicommissis** Art.  
40. n. 45. testatur.
- b*) Recensent hujus sententiae fautores **CVIACIVS Lib. 19. Quæst. Papin.**  
ad L. 54. ad **SCtum Trebell. PEREGRINVS de fideicommissis** Art.  
40. n. 42. f. **FUSARIUS de fideicommissaria substitutione** Quæst.  
145. n. 41.
- c*) **Nos aliter disponere non est morientis conjicere voluntatem** Nov. 102.  
Cap. 2. fin.
- d*) Cf. **Icti §. II. allegati.**

### §. XI.

Dissident deinde complures ab ea sententia, qua regulas juris Di-  
gestorum, (§. VI. et VII.) dodrantis intuitu, placito Iustiniani sublatas esse,  
defendo. **WERNHEROS** *a*) **BRVNNEMANNOS** *b*) **MENOCHIOS** *c*)  
tantum nominabo; sed numerus eorum major est *d*), qui primæ  
inter regulas illas vñi defendunt atque heredem, jure novellarum,  
intervertendi fideicommissi gratia, dodrante consumere posse, ne-  
gant, doli reum, si tale quid factum probetur, facientes atque  
damnantes. Quid quod? vñi receptum esse illud non Iustiniani,  
sed Papinius ius, strenuus hujus sermonis ænigmatici, a Iustiniano  
reprehensi, defensor **EVERH. OTTO** *e*), **IO. VOETIO** *f*) auctore,  
gloriatur. Nec desunt, qui juri Digestorum, regula tercia (§. VI.)  
tradito, dicam scribere nolunt, et illius et novi juris nil interesse  
persuasi, vtrum ipsa pecunia vel corpora hereditaria extent apud  
fiduciarum, an alia, ex tali pecunia, seu rerum hereditiarum distra-  
tarum pretio, comparata, cum haec non minus ac illa fideicommis-

C

fario

❧

fario sint restituenda, idemque servandum, si proprios fiduciarius ex pecunia hereditaria dimiserit creditores g). Neutri sententiae calculum adjicere possum. Ac vereor, ne, qui priorem defendunt, fiduciarium, fraudis in dodrante intervertendo commissae, damnent injusto judicio. Ex donatione aut simili ejusdem alienatione solius quadrantis restituendi consilium atque propositum apparere, singamus. Lieuisse fiduciario his rebus, sicut voluisset, vti, eundemque, perfecti domini ad instar, rei suae arbitrum fuisse atque moderatorem, probe sumus memores. An dolo fecisse videatur, quaero, qui jure suo usus sit? An fideicommissarius circumventus in eo, quod peti non poterat? Certe sententiam in tali lite contra fiduciarium laturos a mente Iustiniani longe remotos esse, et verba constitutionis h), quibus solae donationes, ex quadrante, intervertendi fideicommissi causa factae, inveniuntur impeditae, et mens Imperatoris, ne generalia verba dubitationem moverent, quatenus hereditatem diminuendo heres fiduciarius intervertendi fideicommissi causa fecisse intelligeretur, curate definiendi, me quidem judice, luculenter probant i).

a) *Sel. Obs. for. Tom. I. Part. 2. Obs. 452.*

b) *Ad Auth. Contra cum C. ad SClum Trebell. n. 9.*

c) *Conf. 334. n. 60. IDEM de Praesumptionibus Lib. 4. Part. 2. Praef. 188.*

d) *HOMMEL Rhaps. Obs. 659. KNIEPESCHILD de fideicommissis famili. Cap.*

*xi. n. 477. FVSARIVS all. loc. Mylius cit. loc. Cap. 4. n. 8. seqq. aliisque Conf.*

*PEREGRINVS all. loc. Mylius cit. loc. Cap. 4. n. 8. seqq.*

e) *Vita Papiniani Cap. 6. §. 5. p. 101.*

f) *Ad tit. D. ad SClum Trebell. n. 54.*

g) *CONF. GVL. STRECKER diss. de fideicommisso sub clausula, quicquid post mortem superfluerit, relatio §. 14. G. A. STEV Synt. jur. civil.*


E

Ex. 56. th. 34. IO. VOET. tit. D. ad SCium Trebell. n. 54. PHIL.  
KNIPSCILD de fideicommissis familiae C. XI. n. 474.

- h) Heredi quidem supersunt tres partes, illi (fideicommissario) autem quarta solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei, qui gravatus est, etiam donationibus uti aliquibus et forsitan ex studio, quod Papinianus dicebat, intervertendi fideicommissi causa, ut etiam quarta minuatur institutionis ejus; sed hoc omnino relinquere fideicommissum, alius omnibus positis in ejus potestate. Adposite hanc in rem S. RECKER loc. cit. §. 16. ex doctrina oppositorum, scribit et argumentatione a contrario sensu sequitur donations et animum intervertendi in quarta tantum interdic in dudante vero permitit.
- i) Veriore sententiam mecum tuerunt FRI. Es. a PUFENDORF Obf. jur. univ. Tom. 2. Obf. 87. §. I. MICH. GODOFR. WIENHEK dill. de lege Falcidia et Fideicommissis §. 10. IO. VOET. c. I. CONR. RITTERSIVS Exposit. Novell. P. 6. C. 10. n. 4. ANDR. MYRIVS c. I. C. 4. n. 6. lqq. ANDR. FACHINEVS Controv. jur. Lib. V. Cap. 53. CAEP. HENR. HORN. Clas. 7. Resp. 33. PEREGRINUS c. I. Art. 40. n. 44.

## §. XII.

Fateor majorem veri speciem posteriorem sententiam eorum prae se ferre, qui hac in re nobiscum non consentiunt. Quod enim, PAVLO teste a), oratione Divi Hadriani est constitutum: potest existimari in locum hereditariae rei venditae pretium ejus successisse et quodammodo ipsum hereditarium factum, trito ICTIS sermone quasi proverbio caussam dedit: Rem succedere in locum pretii; quod quidem, ubi de rerum universitate restituenda quaeritur, applicare, nemo facile dubitat. Similiter PAPINIANI illud: non absumitur, quod in corpus patrimonii retinetur b) generalis quasi juris aliqua ra-



tio, nec alia, cuius huic speciei non sit accommodanda, apparere videatur cauſa. Sed adeſt omnino, Nititur jus Digestorum principiis, ex heredi tamquam boni viri arbitrio reperitis, quibus, intervertendi fideicommissi cauſa, ab eo quidquam fieri non convenit. Conveniret autem, si pretia rerum hereditiarum vel ipſa, vel **res** ex illis comparatas, in suum patrimonium convertere, aut proprios ex pecunia hereditaria vellet dimittere creditores. Quare rectissime I<sup>U</sup>Cti Romani hoc omne in fideicommissum venire existimarunt. Explosivo vero, Iustiniani constitutione, illo juris Digestorum acnigmate, fiduciarioque in dodrante hereditatis perfecto domino facto, res hereditarias, quae ad istam hereditatis partem spectant, in suum patrimonium convertere, et ubi, eo mortuo, tale quid factum adpareat, heredi ejusdem retinere licet. Frustra, ut jam dixi, fideicommissarius conquereretur, fiduciarium intervertendi fideicommissi gratia fecisse, quod jure suo facere poterat. Nulla proinde adversus fiduciarii heredem, harum rerum cauſa, eidem competit actio. Trito illo verbo: pretium succedit loco rei, adsueti, si qui sint, qui sic occurrant, euidem CVJACII e) verbis responde-re posse mihi videor, falsum esse plerunque hocce DD. Catholicum, ideoque pro regula adferri non debere. Ad orationem D. Hadriani quod attinet, jus ex illa constitutum ad nostram speciem non spectare, ista integra perspecta hujusque ratione considerata, facile adparebit. *Aequius esse*, censuit Imperator, *possessorem non facere lucrum, et pretium, quod ex re aliena percepit, reddere d.* Eandem aequitatem tueri, iniquitatem contra cavere, vnicie in senatus cōsulto, Hadriani orationem secuto, Senatui fuit negotium. Hanc vero sive aequitatem sive iniquitatem, si quis hic

hic admittere veleret, imaginariam vocarem. Multum interesse, utrum possessor rei hereditariae alienae, an fiduciarius ex docrante eo, quo gaudet, jure perfecti domini, quid vendat, illum quidem, hunc minime, ex pretiis, quae ad unum vel alterum pervenissent, injuria fieri locupletiorem, nemo non videt. Respicit jus, oratione HADRIANI constitutum, hereditatis petitionem, qua demum tenetur, qui vel jus pro herede aut pro possesso posse fidei, vel rem hereditariam f). Pecuniam, ex rebus hereditariis redactam, sine discrimine, sive res extet, sive deperierit g), in hanc actionem venire, hereditariamque quodammodo existimari, id quidem singularem habet rationem, ipsi actioni propriam. Partem enim rei venditae aut fructum ex illa provenientem premium non haberi, et PAVLVS h) testis est et VLPIANVS i). At uterque possessor, qui petitione hereditatis tenetur, vendit res hereditarias tamquam heres. Aliam personam neuter illorum gerit, nec alia est ratio, cur hoc judicio possit conveniri, cur conventus, corpora non solum hereditaria sed etiam, quae tamquam heres exinde comparaverint, jura actionesque ad unum omnes, adeoque et illam, quae ex contractu emtionis venditionis possessoris est nata k), debeat restituere, si actionem et premium redder, quod jure actionis exegerit l). Longe diversa est conditio fiduciarii, ubi ex novem vincis hereditatis aliquid vendit. Eo, quo gaudet, perfecti domini jure, hoc fecisse omnino censendus est, actionem, quam naetus est, jure venditionis, sibi acquirit, fideicommissarii negotium gessisse minime intelligitur, adeoque rerum distractarum premium, propter negotiationem, quam sibi suoque emolumento fecit, perceptum m), in patrimonio ejus jure retinetur n).

C 3

a) L.

- = = = = =
- a) L. 22. D. de *hered. petit.*
  - b) L. 72. D. de *Legatis. II.*
  - c) *Ad Africanum* L. 23. D. de *rebus creditis.* Inversam potius regulam: pretium loco rei non fungi IAC. GOTHOFREDVS ad L. 48. D. de *furtis tuerit.*
  - d) Certe ad illas tantum actiones pertinet, quibus, utrum aliquid ad reum pervenerit, ex quo locupletior factus sit, quaeri oportet, hoc que pacto in nostra specie non obtinet ANTON. FABRI Rat. Pand. ad L. 22 D. de *hered. petit.*
  - e) L. 22. D. de *hered. petit.*
  - f) L. 9. D. de *hered. petit.*
  - g) L. 20. §. 6. cod.
  - h) L. 21. D. de *hered. vendita.*
  - i) L. 48. §. 7. D. de *fartis.*
  - k) L. 16. §. 5. D. de *hered. petit.*
  - l) L. 21. D. de *hereditate vel actione vendita Conf. CVIACIVS<sup>1. c.</sup>*
  - m) L. 21. D. *hereditate vel actione vendita.*
  - n) Ex aliis argumentis eandem sententiam tuerit ANDR. MYLIVS c. I. Cap. 4. n. 14. c. Summam illorum dedit PET. MÜLLERVS in motis ad Struv. Synt. jur. civ. Ex. 36. th. 34. (c),

### §. XIII.

Boni viri arbitrium in utraque hereditatis parte, Iustiniani constitutione discreta, sublatum esse, supra (§. IX. n. IV. V.) evictum est. Quae cum ita sint, PETRI GVDELINI sententia mihi non probatur, qui extensionem caussarum, in constitutione, quam modo dixi, nominatarum, ex quibus deminutiones rerum hereditiarum ultra quadrantem factae valent, ad aliam quamlibet caussam, quae justa sit, probat *a).* Illis ipsis a Iustiniano nominatis insuffit dum

dum esse, luculenter significat Imperator, dum, iisdem relatis, heredem, addit b), omnino necesse habere, quartam partem propriae institutionis servare, si nulla talis subjaceat occasio. Ipsum deinde praeceptum, quo fiduciarium heredem ad servandam Falcidiam adstringit, ex illa penitus quidquam minui verat c), ita conceptum est, ut diligenter et severe obserendum esse, inculcat, maiorem quam, legislatore datam, diminuendam facultatem heredis non admittat. Hac ratione, ut nimur, quod in quadrante auferret heredis arbitrium, in dodrante pleniori modo redderet, legitimam, quam vocat Imperator, fecit atvisonem d) Ac mentem ejus espectasse, ut nihil quidquam veteris incertitudinis remaneret, ex constitutione appareret. Verum enim vero, GVDELINO duce, sublata priore, posterior revocaretur.

a) De jure novissimo Lib. II. Cap. 10. p. 62.

b) Nov. 108. Cap. 2.

c) Nov. cit. Cap. 1.

d) Nov. 108. cit. loc.

Ansam constitutioni explicatae dedit species dubia, qua defunctus universitatem rerum, quae apud haeredem tempore mortis invenirentur, tradi mandaverat, (§. VII.) hancque ob causam placitum IUSTINIANI de fideicommissaria hereditate loquitur. Cum vero eadem alienandi facultas illi concessa sit, a quo res singulares sub eadem forma fideicommittuntur, singuli fideicommissio illud accommodari posse non dubito e). Rem tamen in dubitationem vocatam esse recordor in lite quadam judiciali, quantum scio, non dum finita, qua de pecunia numerata, sub hac fideicommissi forma  
relicta,



reliqua, contendebatur, Petebant fratres superstites ab herede testamentario fratri, sine prole defuncti, fideicommissum, quod pater sub clausula: quicquid superfuerit rerum sine prole mortuo fratre, reliquerat, ipsique fratres pacto firmaverant. Iam vero quicquid ex hereditate defunctus accepérat pecunia numerata absolvebatur. Quoniam ergo magna pecuniae summa, (nūinimum novem millia florenorum), ad denatum pervenisset, quam superasse etiam constaret aestimationem rerum, ab illo reliquarum, satis visum est fratribus in vita superstibus, cur omnem poscerent ab herede acceptam pecuniam. Ille vero, eam pecuniam superesse, negat, dicens, absuntam fuisse a defuncto juvenili aetate, in expeditionibus bellieis, quibus fortuna adversa usus esset; alias autem deinceps opes provectioni aetate collegisse, easdemque, fideicommissio non adtributas, reliquise. Itaque petit heres, ut quantum pecuniarum paternarum defunctus reliquerit, ante omnia cognoscatur, atque a potentiis fideicommissum fratribus probetur; sin minus, sibi certe probationem et deminutionis et caussae ejusdem legitimae denegari non posse. Sententias dixerunt illustria Goettingensium et Halensium Ictorum collegia, utrumque heredi adversam. Prior fuit Halensem Scabinorum, cuius rationes, ne quid illis detrahatur, ipsissimis verbis rectius dabo: „obwohl eingewendet werden wollen, „dass nach der fideicommissarischen väterlichen Disposition Nr. 1. „sowohl als nach dem brüderlichen Vergleiche Nr. 5. die Brüder „v. S. auf dem Fall, wenn einer oder der andere von ihnen ohne „männliche Leibeserben versterben würde, nur dasjenige von def- „sen erhaltenen väterlichen Erbportion, so bey desselben Abster- „ben davon noch übrig seyn möchte, vi pacti et fideicommissi zu-  
rück

„rück zu fordern berechtiget, allhier aber noch nicht erwiesen sey,  
 „dass der Defunctus, General v. S., von seiner erhaltenen väterli-  
 „cher Erbportion würklich etwas oder wie viel eigentlich verlassen  
 „habe — dennoch dagegen in Erwegung zu ziehen ist, dass das  
 „quaestionirte Fideicommiss in baaren Gelde, mithin in re fungi-  
 „bili, cuius restitutio in eodem genere praestanda, bestanden hat,  
 „und da der Defunctus, General v. S., nach dem Document Nr. 9,  
 „23507 A. an baaren Gelde aussenstehenden Capitalien und sonsti-  
 „gen Effecten verlassen, hierbey aber nichts darauf ankommen kann,  
 „ob unter diesem verlassenen Vermögen diejenigen Gelder, so der-  
 „selbe auf seine väterliche Erbportion erhalten, würklich annoch  
 „vorhanden sind oder nicht, es dahero eines Beweises nicht erst  
 „bedarf.“ Remedio ab herede interposito, sententiam illi con-  
 gruentem rogatus pronunciavit ICtorum Goettingensium ordo, his  
 quidem verbis significans easdem rationes et sibi probari: „derglei-  
 „chen Fideicommiss, welches der Testator auf dasjenige, so der  
 „Erbe nach seinem Tode an Erbtheil übrig haben dürfte, gerich-  
 „tet, die Rechte gegen dessen letzte Willensverordnung nicht  
 „schlechterdings auf den vierten Theil einschränken, sondern nur  
 „dem Erben, dasselbe in seinem Leben bis zum vierten Theil zu  
 „veräußern, nachlassen; gleichwohl im gegenwärtigen Fall das auf  
 „einer Geldsumme beruhende Fideicommiss, als ein unstreitiges  
 „Debitum generis anzusehen, und daher, so weit solches aus des  
 „Erblassers, F. H. v. S., nachgelassenen Vermögen zu leisten ist,  
 „von ihm bey seinem Tode hinterlassen worden, mithin der ge-  
 „ordneten und zugesagten Restitution unterworfen ist b).“

D

a) HORN

2) HORN Clas. 7. Resp. 33. MICH. GODOFR. WERNHER ali. loc. th.  
10. pag. 27. Responsum ICtorum Vitenbergenium, quo Auctor hu-  
jus libelli sententiam suam firmat, in calce adjiciam.

3) Ut causa rei recte intelligatur, etiam tenendum est I) transactionem, cuius  
in! vtraque sententia sit mentio, habuisse tantum agnitionem testa-  
menti paterni practereaque nihil, quod aliam efficere potuerit obli-  
gationem II); ipsum fideicommissum fuisse particolare, nec partes fi-  
liorum hereditarias relisperisse integras, sed tantum praediorum pa-  
ternorum pretium.

### §. XV.

Speciem veri non inesse, rationibus in hunc modum subductis  
nemo facile dixerit, nec ipse dico. Ut calculum illis adjiciam  
meum adducimini possum. Etenim diligenter illas, consideranti  
binas apparuerunt argumentationes, quarum neutra fatis firma vi-  
detur. Una haec est, restitutionem fideicommissi in genere fieri  
debere, propterea quod pecunia numerata, re functionem recipi-  
ente, absolvatur. Altera, fideicommissum, de quo lis erat, debi-  
tum generis, ac genus istud, quod debetur, in hereditate fiducia-  
rii relictum esse, nec reserre quicquam, vtrum ex acceptis pecuniis  
aliquid superfluum sit, nec ne? Ad priorem quod attinet argumen-  
tationem, ante omnia monere necesse fuerit, sub *restitutione in eo-*  
*dem genere* intelligi haud dubie eam, quae sit in eadem quantitate  
et qualitate, qualis est mutui et quasi vlusfructus. Talem restitu-  
tionem ab herede fiduciario peti posse, argumento a qualitate pe-  
cuniae numeratae ducto, vistum est. Equidem de notione rerum,  
quas veteres functionem recipere scribunt, nostri fungibles solent  
vocare,

vocare, non disputabo (licet de eadem non adeo constet, vt inter viros doctos nulla sit controversia atque alia diversarum opiniorum forsitan prae ceteris rem meam adjuvare possit) a) modo concedatur, quod omnino concedendum est, res fungibiles, ad effectus quod attinet, ex destinatione patris familias rerum non fungibilium naturam induere posse, ideoque ad illam praeципue, non tantum ad rem esse respiciendum. Res, quae vnu consumuntur, VLPIANO auctore, ad pompam vel ostentationem commodari possunt b). Quem, quoquo, fugit, commodatum tantum in iis, quae functionem non recipient, consistere? ipsam pecuniam numeratam vel ut quantitatem vel ut corpus considerari posse, PAPINIANVS c), ita spectari a testatoribus, VLPIANVS d) et AFRICANVS e), testes sunt: alios ut taceam f). Illa in suo genere functionem recipit eaque pecunia est, quae legatis, auctore PAVLLO g), danda est ab herede, etiamsi non sit in bonis testatoris, sive de suo, sive ex venditione rerum hereditiarum, sive unde voluerit. Quantitas enim undecunque sumi et solvi potest. Inest eadem hereditati, etiamsi non sint nummi, quia tot confici possunt ex hereditate h). Aliter vero se res habet, vbi pecunia ut corpus accipitur. Fundo legato illa comparatur atque exemplo ejuslibet corporis aestimatur i). Quodsi itaque ejusmodi pecunia legata non compareat, aut sine culpa heredis desperierit, non debetur k). Decem v. gr. simpliciter legatis, quantitas legata intelligitur ac debita est, licet nulla pecunia numerata in patrimonio heredis reperiatur. At legatis decem quae sunt in arca, magis certum corpus videtur relictum, adeo ut, illis decem in area non inventis, nihil aliunde praestandum sit l). Hoc igitur nunc quaeramus, quid testator reliquerit in nostra

D 2

spe.



specie quantitatemne, an corpora? Ac de his cogitasse illum, magis videmur adduci ad credendum. Si quis enim testator, quod superfuerit ex pecuniis tradi alteri mandavit, his ipsis verbis certos nummos, adeoque corpora nummorum, designavit, haud secus ac ille, qui ex arca vel sacco pecuniam legaverit. Vtrique, et legato et fideicomisso, adiecta est demonstratio, quae, dum vice nominis fungitur, hunc effectum producit <sup>m</sup>). Formula: quod supere-rit, res demonstrat, quas testator reliquit atque ad illas se referat, alias itaque excludit (§. I.). Ex eadem intelligitur, testatorem res respexisse, quae tam remanere, quam consumi et deperire possunt. Nescio itaque, annon fere necesse sit, ut, eundem corpora designasse dicamus, cum quantitates non pereant. Haec quidem ipsa res habere videtur. Si vero de consensu ICtorum Rom. adhuc dubites, clariora prioribus ad eum probandum in promptu sunt argumenta. Neminem juris peritorum, arbitror, praeterire posse in eleganti quaestione; an si fructus futuri ex fundo sint legati, et nihil in illo fundo nascatur, legatum nihilo minus praestandum sit? distingui solere, vtrum fundus sit demonstrationis, an taxationis causa adjicietur? Ad posteriorem quod attinet, si nihil est natum, nihil est in legato. Priore autem casu, et si nihil nascatur, tamen legatum praestandum est <sup>n</sup>). Vbi vero ICti Rom. quaerunt, vtrum assignatio fundi, vnde percipiendum sit, quod debeatur, taxationis vicem obtineat an demonstrationis; semper id expendunt, an testator per illam destinationem et assignationem conditionem adjicere voluerit legato? et si voluit adjicere, taxatio est, sin minus, demonstratio. Verba quod natum erit, ait IULIANVS <sup>o</sup>) in fundo Semproniano taxationis vicem obtainere. Faciunt enim illa verba conditionem <sup>p</sup>).

Con-

Contrario modo respondit idem Iureconsultus q), ubi non videbatur testator fideicommisso conditionem addere voluisse. Videamus ergo, an Iuliani sententia in rem nostram trahi illaque haec firmari possit? Equidem quaeri haud inepte posse arbitror, utrum testator pecuniae summam, ex qua, quod superfuturum sit, alteri curavit tradendum, taxative, ut ajunt, adsignaverit an demonstrative? Quodsi, eam priori forma designari, probaverimus, corpus in obligatione fiduciarii positum esse, illudque ipsum, quantumcumque est, solum deberi, negari non poterit. Potest autem probari, Iuliano auctore. Nam verba *quicquid superfluerit* non minus ac illa *IULIANI*, quod *natum erit*, conditionem efficiunt (§. V.), atque hoc pacto taxationis vicem obtinent. Quam ob rem ex mente defuncti hoc fideicommisso, licet ex pecuniae numeratae summa praestandum sit, non quantitas sed corpus taxative in obligationem deducitur. Aliunde igitur supplere non tenetur, qui ad illud praestandum obstrictus est, si absque ejus culpa initio aut progressu temporis summae demonstratae aliquid desit.

a) Cf. AVGVST FRID. SCHOTT prol. *qua'res, qua'è functionem recipiunt, definiuntur* in Opus. p. 212. Non absolutam rerum qualitatem esse docet GEORG. SAM. MADHN *Inst. jur. civil.* §. 127. ut vel fungibles sint vel non fungibles, sed relativam, qua eadem res fungibles et non fungibles esse possint, prout ita comparatae sint, ut in relatione ad nostrum patrimonium tantundem ex eodem generide sit, vel minus.

b) L. 3. D. *Commodati vel contra.*

c) L. 94. §. 1. D. *de solutionibus.*

d) L. 34. §. 3. et 4. D. *de Legatis I. Cf. CIVACIVS Lib. I4. Obi. Cap. 19.*

e) L. 108. §. 10. eod.

D 3

f) L:

- f) L. 30. pr. et §. 6. cod. L. 51. cod. L. 1. §. 7. D. de dote praeclegata.  
L. 30. §. 4. D. ad L. Falcidiam. L. 8. §. 2. D. de Legatis II.
- g) L. 12. D. de Legatis II.
- h) L. 4. D. de tritico, vino vel oleo legato,
- i) L. 34. §. 4. D. de Legatis I.L. 51. cod.
- k) L. 30. §. 4. D. ad L. Falcidiam. I. 37. D. de V. O.
- l) Quomodo quantitas differat a corpore, C VI A C I V S Lib. II. Obs. Cap. 37. tradit  
hoc modo: Quantitatis nomine intelliguntur ea, quae pondere, numero,  
mensura constant, quibus opponi solent corpora, res, species, jura —  
Sunt quidem illae corpore praeditae, sed nos eis ita fungimur, ut non tam  
corpus earum spectemus, quam quantitatem. Caeterae res corpore va-  
tent certo vel incerto. Certo, ut Stichus, incerto, ut homo, vel intellectus,  
ut possessio, servitus, nomen. In specie proposita res eo redit, ut  
discipimus, vtrum testator, qui res fungibles aut legavit aut fidei  
heredis commisit negotium, ut tales alteri tradat, simpliciter aut  
principaliter ponderis, mensurae, numerice habuerit rationem, nec  
ne. Priori respectu quantitatem legasse vel fideicommissum dicendus  
est, posteriori minime. Corporibus potius reliquit, quoties apparuit, euindem  
ipsas substantias designasse, sive certas, (vt, si legaverit pecuniam,  
quae in arca, vinum, quod in illis dolis est), sive incertas, vel etiam addita  
quantitate v. gr. decem ex arca, quinque amphoras ex illo dolio, aut  
quas elegerit ex talium rerum apparatu Cf. LL. not. d, e, f, all.  
Corporibus enim legatis, quantitas vel summa demonstrative, ut  
ajunt, adiecta habetur, nec heres supplere tenetur, si quantitatibus de-  
monstratae quia desit.
- m) L. 34. D. de condit. et demonstrat. L. 6. D. de R. C. Maiorem certi-  
tudinem memorato legato inesse, quam fideicomissario tradendos incertos esse,  
quoad consumtionem vel existentiam ac proinde quoad obligationem  
fiduciarii. Si vero existunt, certi sunt per demonstrationem. Ita in-  
telligi debet VLFIANVS L. 75. §. 4. D. de V. Q.

m) L

- n) L. 5. et 13. D. de tritico, vino, oleo legato. L. 24. D. de Legatis. L.  
 L. 27. §. ult. de Legatis III. L. 12. D. de alimentis legatis.  
 o) L. 5. D. de tritico, vino, oleo legato.  
 p) L. 1. §. ult. D. de condit. et demonstrat.  
 q) L. 96. D. de Legatis I. AVERRANIVS Interpret. jur. Lib. II. Cap. 27.

### §. XVI.

Gaudet fiduciarius, a quo, sive ex die, sive conditione existente,  
 fideicommissum praestandum est; jure, rerum fideicommissio ad  
 fideicommisum fructus percipiendi, ita quidem, ut, quos percepit,  
 suos faciat a). Sunt, quibus eam ob caussam ejusmodi fiduciarius  
 merus videatur vsumfructarius, qui nec dominio, nec ullo alio jure  
 in re fideicommissaria potiatur b). Quibus placuerit haec sententia,  
 vel illis etiam, qui propter alias caussas, speciem propositam ex  
 jure vsumfructario judicandam esse, sibi persuaserint (est enim pro-  
 prietatem cum onere fideicommissi inter ac vsumfructum relicitum  
 magna affinitas, et saepe contenditur, vtrum illa, an hic datus in-  
 telligatur c), iisdem quasi vsumfructus in eadem inveniri ideoque  
 pecuniae acceptae in genere a fiduciario praestari videbuntur, eam  
 ob caussam, quia rerum, quae vnu consumuntur, praesertim pecu-  
 niae numeratae, ex communi opinione, non est verus sed quasi-  
 vsumfructus. A CATO d) pariter ac IUSTINIANO e) scriptum est, res  
 illas naturali ratione vsumfructum non recipere. Addit adeo Im-  
 perator, id abhorre etiam a ratione civili. Ne caussam indefen-  
 sam decidere velle videar, GALVANVM f) audiamus, qui eandem  
 praecipue egit. Ita vero ille: „si res talis sit, ut statim consuma-  
 tur



„tur (vt frumentum, vinum, pecunia numerata) sicut certum est,  
 „eam nullo modo vsumfructum recipere, obstante nimisrum ratio-  
 „ne naturali atque civili; ita certum est, eam admittere duntaxat  
 „quasi vsumfructum, quoniam, qui eam tradit, ad vsum non aliter  
 „potest illam tradere, nisi et ejus abusu concedat; nam propte-  
 „rea dicitur viu consumi tot. tit. D. de Vsiſr. car. rer. quae vſiſ  
 „conſumuntur. Abusus autem est quasi vſuſructui conſentaneus,  
 „cum ob id ab Auctoribus juris inductus sit, vt quae propter ſui  
 „abuſum non erant vſuſructus capacia, ſaltim hoc remedio quaſi vſuſ-  
 „ructum reciperenſ.“ Verum enim vero, vſententiam mutem, neque  
 haec me commovent. Nego enim cum V. C. AVGVSTO FRIDERICO  
 SCHOTT(g) verum vſumfructum cum vſuſructu rerum non fungibili-  
 um, aut quaſi vſumfructum atque vſumfructum rerum non fungibilium  
 vnum eundemque eſſe. Genuinum vtriusque vſuſructus formae  
 diſcriben non pendet ab objeſto, ſed a diverſo rerum a fructuario  
 reſtituendarum mode. Si, quod inde exſiterit, debeat reſtituere, ve-  
 rius erit vſuſructus; ſin vero tantudem, aut rei fructariae aſſu-  
 mationem, erit quaſi vſuſructus, nulla ratione habita, fungibiles  
 ſint res in vſumfructum conſeffae, an non fungibiles g). Ad GAL-  
 VANI argumenſa, ipſiſimiſ SCHOTTI verbiſ reſpondebo. Tali  
 enim modo iſdem ſatiſfactum eſſe puto, vt, aliiquid addi, non opus videa-  
 tur. „Quod dixit, (Imperator).“ inquit, „naturali rationi rerum fungi-  
 bilium repugnare vſumfructum, quia vſus et abuſus in vna re ſimul  
 „eſſe nequeat, id verum eſt, ſi vſuſructarius rei fungibilis eam  
 „penitus conſumere potest, ita, vt finito vſuſructu nihil plane eſt,  
 „quod reddatur. At ſi licet ei partem tantum conſumere, pro bo-  
 „ni viri arbitratu, hoc eſt, vt bonus paterfamilias ſolet re ſua fun-  
 „gibil

agibili uti frui, id affirmari non poterit, nam superest, quod restituatur." Quemadmodum haec sunt verissima, ita quoque certum habeo exploratuinque, fideicommissum, de quo agimus, ex jure quasi vſusfructus dijudicari non posse. Verus potius, ex consilio testatoris, dicendus esset vſusfructus, quem quis eidem inesse contendere velit. Nam, tantundem fideicommissario tradi, testator non voluit, sed quod superfuturum fuerit, qua formula corpora, quae extarent, adessent s. remanerent, romani non minus designare solebant, ac illa, quod inde extabit, in constituendo vero vſusfructu vſitata h). Ac supra jam evictum est, fiduciarium, ex mente testatoris, res fideicommissario tradendas, tantum pro boni viri arbitru absumere posse (§. III.) Fusius ea de re disputare non opus erit: Ex legitima divisione atque ordine hujus fideicommissi, Iustiniani constitutione facto i) clarius probari potest, falli, qui sibi persuadeant, superfluum pecuniae numeratae fideicommissario tradendae jure quasi vſusfructus post mortem fiduciarii in genere peti posse, sive existent nummi accepti, sive non. Secundum hanc constitutionem in tribus eorundem partibus plus juris, in quarta e contrario minus, quam in quasi vſusfructu, fiduciario competit. In hac ordinarie nullam, in illis vero alienandi potestatem cum effectu habet, ita nimirum, vt, quod consumserit, supplere non debeat. Duxi, ex quarta fideicommissi parte ordinarie, nisi adiuste justa, Iustiniano probata cauſa, nihil alienari posse. Ac verba Imperatoris, quibus quartam non attingendam, nihil ex illa expendendum esse, significat, istam prohibitionem omnino continent. Quam ob rem non spero, quempiam objecturum esse, in re fungibili, rationabilem quippe affectionem non recipiente, nec cauſam probabilem apparere, cur

E

fidei-



fideicommissarius, permutationem sibi non damnosam fieri, aliquid contra habere possit, nec eandem contra voluntatem testatoris factam videri posse, quia is, in cuius gratiam prohibitio alienationis inducta est, haud laeditur. Id enim naturam hujus fideicommissarii non magis mutat, aut efficit, ut illud debitum, quasi ususfructus ad instar, in genere praestandum dici possit, ac omnium aliorum fideicommissorum permutatione, quae, eadem prohibitione non obstante k), ex communi fere interpretatione sententia fiduciario licet, si fideicommissario proft potius, quam noccat l). Certe, fiduciarium quartam fideicommissi partem in genere debere, dici non potest, antequam nummos acceptos ex cauſa, Iustiniano haud probata, erogasse constet. De eo autem nec queritur ex mente illustrium Ictorum, a quorum sententia discedo (§. XIII), nec mihi aliud quidquam disquirere animus est, quam hoc, quid ab initio in obligationem fiduciarii fuerit deductum. Sequor enim VITIANI m) praeceptum, initium in distinguendis negotiis spectandum esse et cauſam, non exitum.

- a) L. 18. §. 2. L. 57. pr. L. 58. §. pen. D. ad *SCtum Trebell.* Fructuaria LVBEWIGIO in diff. de *Trebellianica exule in fideic. fructuariis* Cap. 3. §. 4. appellantur haec fideicomissa.
- b) IO. CASP. HEIMBURG diff. de *fideicommissis* C. I. §. 33.
- c) VOET, in *Comment. ad Digest.* tit. de *Uſufructu* n. 9, i. HORN, Clast. 7. Resp. 33.
- d) L. 2. §. 1. D. de *Uſufructu earum rerum, quae uſu consumuntur vel minuantur.*
- e) §. 2. Inst. de *Uſufructu.*
- f) De *Uſufructu* Cap. 3. §. 6.
- g) Diff. de *Uſufructu vestimentorum* C. I. §. 1. f. in *Opusc.* p. 166. f.

h) L

- h) L. I. pr. et §. 7. D. *Vsiſfr. quemad. cav.* L. I. 3. et 7. D. de *Vsiſfr.*  
ear. rer. quae vſu consumuntur. *Schott* cit. loc. §. 3.
- i) *TACITVS de ſitu, morib⁹ et populis Germaniae Cap. 34. n. 3. GeL.*  
*LIVS Noſt. Att. Lib. I. C. 22. Cf. BRiſſON. de V. S. voc. ſupereff.*
- k) Nov. 108. Cap. 1. et 2.
- l) L. 3. §. 2. et 3. C. *Communia de Legatis.*
- m) *STRVBN rechtl. Bed. Part. 4. nro. 140. VoET. Comm. ad tit. Dig. ad*  
*SClum Trebell. n. 62. et 63. BERGER Oec. jur. Lib. 2. Tit. 4. th. 32. not.*  
*II. HORN Claff. 7. Resp. 17. CARPZOV P. 3. Conſt. 8. Def. 33.*
- n) L. 8. D. *Mandati* L. I. §. 12. f. D. *Depositii.*

### §. XVII.

Ex iis ipsis, que disputavi, jam apparet, cur altera quoque argumentatio (§. XV.) mihi non probetur. Pauca tamen addenda sunt. Ex utraque sententia, a qua discedo, prasertim ex Goettingensi, intelligitur, fideicommissum, de quo lis erat, debitum generis, ac genus istud in hereditate fiduciarii relictum videri, quia bonorum fiduciarii defuncti complexus eorumque aetumatio quantitatem pecuniae, fideicommissio subjectae, supereret. Evidem huic fideicommisso nomen debiti generis aut plane non convenire, arbitror, aut, si consentaneum sit, aliter in prima argumentationis parte, aliter in secunda accipiendum esse, hocque pacto auctores illarum sententiarum minus recte argumentari. Quo sensu, me quidem judice, non conveniat, dixi (§. XV.) et si ita acceptum fuerit, vt videtur, ulteriori disputatione non est opus. Verum enim vero si a quantitate discedamus, dupli modo genus deberi potest; aut ita, vt nullam adjectionem habeat, quae aliquas sub illo comprehensias



hensas species definiat atque debitum praestendum ad illas restrin-  
gat, (vt e. g. si testator pure legaverit equum s. servum) aut secus.  
v. gr. si equum legaverit ex decem illis, quos testator reli-  
quit, vel unum ex area, qua plures continentur nummi. Neque  
illud in specie proposita adesse, ex iisdem jam allatis argumentis  
(§. XV.) appet. Hoc vero significatu, si cui nomen debiti gene-  
ris huic fideicommissio convenire videatur, aut si quis alius cum  
**WILH. LVD. RODOWE** a) debitum speciei inter ac generis medium  
dari, illique hoc fideicommissum accensendum esse, contendere ve-  
lit, quia testator nummos, fideicommissario tradendos, non vnde-  
que circumscriperit, optionem potius utrum hunc vel illum ex ac-  
ceptis tradere velit, fiduciario dederit, hocque pacto fideicommis-  
sum certas species sive (vt dialectici solent vocare), individua, non con-  
tineat; equidem cum utroque non disputabo. Neutram enim senten-  
tiā caussae meae nocere puto. Tale sive genus, sive medium in-  
ter genus ac speciem in hereditate fiduciarii relatum esse, ita qui-  
dem, vt probatio contrarii non sit admittenda, dici non potest,  
neque eam ob caussam, quia nummi, quantum ad praestandum  
fideicommissum satis est, in hereditate continetur, multo minus  
ex ea, quod aliorum bonorum defuncti tanta sit aestimatio. Nam,  
et si ex suis rebus testator reliquerit incertam, ea ex bonis heredis  
peti non potest. Nihil potius deberi inquit **MAECIANVS** b) in  
caussa illi simili, si res defuncti, ad quas pertineat incerta, alteri  
tradenda, sine culpa heredis, interierint omnes; non magis, quam si  
omnes res, per speciem enumeratae, sint reliæ.

a) Diff. de eo quod iustum est circa evictionem in donationibus praeflan-  
dam §. 15. (Goetting. 1778).

b) **L**. 30. §. 5. et 6. D. ad **L. Falcid.**

§. XVIII.

Rationibus sententiarum, ad quas non accedo, in examen vocatis, alia proferam argumenta, quae ad illas infirmandas facere videntur. Evidem et voluntatem defuncti everti credo, et legum sanctiones fieri inanes, si tali modo, ut in hisce sententiis factum, fideicommissum ejus, quod superfuturum erit, consideremus. Contra priorem res fiduciarii propriae fideicommisso fierent subjectae, ac quaerendum jam non esset, an, quidve supererit ex re testatoris, sed, hoc tantum, an quantumve reliquerit heres? diversitas patrimonii, defuncti et heredis, tolleretur, diminuendi potestas, fiduciario a testatore data, ex mente illius non libera, fieret libera, privaretur autem suo effectu, dum fiduciarius, si habeat, unde restitu posse, nummos praestare deberet simpliciter, nihilque interesset, ex qua causa acceptos consumserit. Quae omnia, si rationes sententiarum (§. XIV.) cum prioribus contuleris hujus libelli paragaphis, facile apparet. Cessarent praeterea effectus conditionis, quam testator huic fideicommisso injectit, et leges non sustulerunt (§. V. et IX.). Eam constat esse conditionis vim et naturam, ut existens actum perficiat, deficiens eundem irritum faciat, perinde, ac si non fuisset celebratus *a*). Cum impedit, ne nascatur obligatio, habet quoque vim ejus minuendae. Itaque interit fideicommissum, de quo sermo est, aut saltim minuitur, simulac fiduciarius nummos, a testatore acceptos, jure consumxit, aut diminuit *b*). Quod semel interit ob deficientem conditionem, non resuleitur nec illi ex solis voluntatis praesumptae conjecturis nova vis tribui potest, licet sit, quod eum in finem, ut conditio existat, fieri debebat,

E 3

aut

aut alio modo res in talēm statum deveniat, quo, conditionem exi-  
stere, videri possit c). Verum enim vero admissa sententia, qua  
judicatur, pecuniam fideicommissariam in genere restituendam esse,  
sive supersint nummi accepti, sive non, fideicommissum, eorum con-  
sumtione justissima, aut non extingueretur, aut extinctum, alia  
pecunia a fiduciario adquisita, resuscitaretur.

a) L. 37. D. *de contr. ent.* L. 8. D. *de periculo et commodo rei vend.* L.  
41. §. 12. D. *de fideicommissariis libertatibus.*

b) In tribus partibus fideicommissum ob deficiētē conditionem secun-  
dum Nov. 108. extingui, aut minui quavis nummorū erogatione  
ex iis, quae (§. XII.) disputayi, intelligitur; in quarta vero cun-  
dem esse deminutionis effectum, quae sit ex causa IUSTINIANO proba-  
ta pluribus argumentis probatum dederunt RITTERSHYSIVS ex-  
posit. Novell. Part. 6. Cap. II. n. 6. ANDR. MCLIVS diss. *de fidei-  
commisso sub clausula quequid superfuerit relatio.* Cap. 4. §. 6.  
KNIPSCHILD *de fideicommissis familiarium illustrium* Cap. II. n.  
480. s. Quam ob rem nec nos semel fideicommissio detracta in cau-  
sa ejus deprehenditur, licet postea ad dantem revertatur, nec id quod  
ex necessitate et indigentia alimentorum fiduciarii consumserit, licet  
post consumptionem evadat locupletissimus. KNIPSCHILD RITTERS-  
HYSIVS c. I.

c) L. 114. §. 12. D. *de Legatis* I. L. 41. §. 12. D. *de fideicommisso libert.*  
GEORG LVD. BOEHMER diss. *de liberis fideicommissis oneratis* §. 13.  
in *Elekt. jur. civil.* Vol. I. Exerc. VI. p. 195.

### §. XIX.

Non magis ea fideicommissi ratio, quam confutare animus est,  
legibus convenit, ad illud ipsum spectantibus. Ejus vestigium nul-  
libi, sanctiones vero, quae fideicommisso, tali modo considerato,  
accomm-

accommodari non possunt, tam in regulis juris Antejustinianei,  
 deprehendimus, quam in Iustiniani placito. Ex illis non nisi quar-  
 tam nominabo, quam dedi (§. VII.) quaque heres, si quid ex bonis  
 fideicommissis subjectis, diminuere velit, secundum D. MARCI rescri-  
 ptum, hoc facere tenetur, pro modo ceterorum bonorum, scilicet ex suo pariter patrimonio, atque ex fideicommisso. Ea fieret  
 plane otiosa, si rerum, quae functionem recipiunt, natura atque  
 indeoles id efficeret, ut fideicommissum, mutui ad instar aut quasi  
 ususfructus, in generis debet praestari; quia, quod norunt omnes,  
 hac debiti forma res in debitorem transferuntur ita, ut accipientis  
 siant, habeatque earum rerum alienandarum facultatem liberrimam a).  
 Observanda tamen est, ex mente auctorum istius juris, nisi omnia me sal-  
 lunt, posthabito rerum fungibilium ac non fungibilium differentiam. Cer-  
 te in specie proposta, qua de re fungibili agitur, si heres penum heredita-  
 rium eiberit, querit VLPIANVS b) an exemplo rescripti D. MAR-  
 CI decidi debet, ita, ut sumtu statuti (h. e. ordinarii, quos ex  
 sua consuetudine heres ad vietum quotidianum erogaslet), decadent  
 tam ex patrimonio ejus, quam ex hereditate. Ac licet illi, ita de-  
 cidi, non placuerit, singularis tamen rerum, quae esui potuique  
 intervint, naturae, ob quam rescriptum D. MARCI vim suam  
 amittat, nullam plane facit mentionem. Quo ipso applicationem  
 illius ad res fungibles concedere videtur. Quod si ita non esset,  
 Iureconsultus quaestionem, credibile est, ea de re non movisset,  
 aut causam rei fungibilis, quae hoc efficeret, ut rescriptum appli-  
 cari non possit, minime reticuisse. Credibile, inquam. Si qui  
 vero sint, et fore puto, quibus verisimilitudo ista displicerit, illi  
 profecto mecum consentient, plura Iustiniani placito c) inesse; quae  
 abhor-



abhorreant a fideicommisso tali ratione spectato. Age, vtrumque conferamus. In illo Imperator fiduciario facultatem dedit, tribus fideicommissi partibus *sicut voluerit utendi, quemadmodum perfectis dominis competit.* Secundum hoc ea facultas fiduciario, qui proprias opes habeat, nil prodest. Hos nisi vna cum pecunia fideicommisso subiecta consumserit, post mortem ejus fideicommissario tradi debent, quae tamquam perfectius dominus consumserit. Quod, vt fiat, prius vel posterius, exigere velle, plane inconveniens puto atque a mente legislatoris alienum. In illo ex quarta parte *penitus aliquid minui* prohibitum est severe atque iterata vice. In fideicommisso, tamquam mutuo vel quasi usufructu spectato, prohibito cesaret. Si quartam contigerit fiduciarius, *causam* voluit Imperator perscrutari, cur hoc fecerit, nec *suppleri*, quae *expenditur*, si ex causa illi probata consumpta sint. Verum enim vero hac fideicommissi ratione admissa, utroque praecetto neglecto, fideicommissarius post mortem fiduciarii ab ejus herede peteret fideicommissum illudque obtineret, dummodo probaret, defunctum opulentam hereditatem reliquisse. Quid multa? everteretur ordo ac legitima divitio, a legislatore pari studio constituta atque ad exequendum inculcata, fieret rerum distinctio, quam vt faciat lex Iustiniani tantum abest, vt potius ad ultimam voluntatem defuncti, fidei heredis commissam, spelet, *qua omnes res et jura alteri tradi debebant, quaecunque invenirentur reliqua,* herede moriente (§. VIII.) d). Sufficere videntur, quae dedi, ad probandam diversitatem hujus fideicommissi a debitIs, quibus accepta restituenda sunt in eodem genere. Quod si quis sit, qui, licet id ipsum ad veritatem proprius accedere judicet, haesitet tamen paullulum, vtrum *cam sententiam* plane am-  
plecta-

plectatur, hunc fortasse, ut eam accipiat, movebit PROCULI responsum e), secundum quod in re dubia magis parcendum est heredi.

- a) Pr. I. Quibus modis re contrahitur obligatio. L. 7. D. de Vusu, car. ver. quae usu cons.
- b) L. 25. §. 16. D. de hered. petit.
- c) Nov. 108.
- d) Nov. 108. praefat.
- e) L. 47. D. de Legatis II.

### §. XX.

Reliquum esse puto, vt sententias adferam, quibus secundum meam opinionem est judicatum, vt ne forte aliqui auctoritate et praejudiciis inferior abire videar. Leguntur autem apud HORNIVM a) et MICH. GODOFR. WERNHERVM b) responsa illustris Ordinis Iurisconsultorum Vitembergensium, quibus fideicommissum, de quo actum est, cum quasi vslusfructu male confundi, et ex Iustiniani constitutione potius judicandum esse, existimatum est. In posteriore, quod forsitan in omnium manibus non est, verba ita sonant: „Dennoch — hier kein quasi vslusfructus vorhanden, vielmehr ein Fideicommissum particulare sich äussert, und der freitige Fall in terminis von dem Fideicommisso vniuersali in der

Nov. 108. C. 12.

Auth. Contra cum rogatus C. ad SCUM Trebell.

„dergestalt, dass der Fiduciarius drey Viertheile davon zu konsumiren vermöge, und dem Fideicommissario allein des vierten Theils halber Sicherheit zu machen schuldig sey, entschlossen

F

, ist,

■ ■ ■ ■ ■

„ist, welches wegen gleicher Beschaffenheit und der gebrauchten  
 „Worte: wenn nach der Erben Tode von den 150 fl. etwas übrig  
 „bleibe, füglich auf dieses Fideicommissum particulare applicirt  
 „wird.“ In specie autem (§. XIV) proposita Collegium ICTORUM  
 IENENSIVM pro herede fiduciarii defuncti respondit, ex his quidem  
 rationibus: „Dieweil nach Inhalt des von H. G. v. S. errichteten  
 „Testaments nicht schlechterdings die völlige Summe der 25000 fl.  
 „sondern nur so viel, als von der einem jeden seiner fünf Herrn  
 „Söhne zugefallenen Erbportion a 25000 fl. nach eines derselben  
 „Tode noch übrig seyn wird, den überlebenden Herrn Brüdern  
 „verbleiben soll, solchen Falls aber in den Rechten klar versehen,  
 „dafs ein mit dergleichen Fideicommiss beschwerter Erbe ein meh-  
 „reres, als den vierten Theil der empfangenen Erbschaft, dem  
 „Fideicommisserben zu verlassen nicht schuldig sey,

## Nov. 108. Cap. I.

Auth. contra cum C. ad SCtum Trebellian.

„auch sogar in dem Fall, da der Erbe entweder durch Unglücks-  
 „fälle um die Erbschaft gekommen, oder selbige in Ermangelung  
 „andern Vermögens aus nothdringenden löslichen Ursachen derge-  
 „stalt, dass der vierte Theil derselben nicht erhalten werden kön-  
 „nen, aufgezehrt hat, nicht einmal der vierte Theil von dem nach-  
 „her anderweit erworbenen Vermögen des Erbeus gefordert wer-  
 „den kann,

## Nov. 108. Cap. 1 und 2.

Auth. contra cum C. ad SCtum Trebell.

masen in der angezogenen Authentica deutlich verschen, dass im  
 Fall von der Fideicommisserbschaft so viel, als der vierte Theil  
 ausmachtet, nicht mehr vorhanden, der an solcher quarta sich  
 findende Abgang aus des Verstorbenen mit einem Fideicommis  
 beschwerten Erbens eigenem Vermögen erersetzt werden soll; je-  
 doch diese Ersatzung aus dem eigenem Vermögen des Erben kei-  
 nesweges gefordert werden kann, wann die quarta ex caussa do-  
 tis seu propter nuptias donationis vel si non habeat, vnde faciat  
 expensas, vermindert oder gar aufgezehret worden, und dann  
 vor richtig angenommen wird, dass der Herr General v. S. seine  
 väterliche Erbschaft völlig aufgezehret, und dessen gesammelter  
 Nachlass in eigenem neuerworbenen Vermögen bestehe, wovon  
 die Fideicommisserben, Inhalts der obangezogenen Gesetze, auf  
 welche Fälle mehr, als den vierten Theil von den 25000 fl. väterli-  
 chen Erbe, nicht verlangen können; und auch diese quarta nicht  
 einmal gefordert werden könnte, Falls des Herrn Generals v. S.  
 eingesetzter Erbe erweislich zu machen vermöchte, dass sein  
 Erblasser entweder durch Unglücksfälle selbige verloren, oder in  
 Ermangelung andern Vermögens aus dringender Noth und läbli-  
 chen Ursachen sie zu verzehren gemüssig gewesen; — überdies  
 die sonst bekannte Rechtsregul, res succedit in locum pretii et  
 pretium in locum rei, hier um deshalb keine Anwendung finder,  
 weil, dem Anführen nach, von der väterlichen Erbschaft des  
 Herrn Generals v. S. weder res noch pretium vorhanden, son-  
 dern alles aufgezehret und dessen gesammelter Nachlass in lauter  
 eigenem neuerworbenen beweglichen Vermögen bestehet, auch

F 2

„ohne-



„ohnehin, nach Inhalt der Novellae 108. Cap. I. und der Authenticae allegatae das eigene Vermögen von dem Fideicommisvermögen abgesondert bleibt.“ —

a) Class. 7. Resp. 46.

b) Diff. de lege Falcidia et fideicommis. pag. 31.



VD18

ULB Halle  
004 582 101

3



f

5b.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISSERTATIO

DE  
COMMISSO EIVS  
ERFVTVRVM ERIT  
RENTIA A DEBITIS QVIBVS  
ENDA SVNT IN EODEM GENERE  
AD NOV. CVIII.

QVAM  
DEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
IO PRINCIPE AC DOMINO

OMINO  
O AVGUSTO

AE IULIACI CLIVIAE MONTIVM  
AE ET WESTPHALIAE REL.

PRO LOCO  
RISCONSVLTORVM ORDINE  
TE OBTINENDO

NOVEMBR. CICICCLXXXV."

VDITORVM DISQVISITIONE

SVMITTIT

STVS REICHARDT D.

ORDINAR. CVRIA PROVINCIALIS SAXON. COM  
T SCAB. COLLEGII ADSESSOR.



IENAE,  
ERIS MAVKIANIS.

